

HOLY SEE PRESS OFFICE  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE  
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

# BOLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0503

Lunedì 28.08.2000

## LETTERA DEL SANTO PADRE AL SUO INVIAUTO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL CONGRESSO EUCARISTICO NAZIONALE DELL'ARGENTINA (CÓRDOBA, 8-10 SETTEMBRE 2000)

LETTERA DEL SANTO PADRE AL SUO INVIAUTO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL CONGRESSO EUCARISTICO NAZIONALE DELL'ARGENTINA (CÓRDOBA, 8-10 SETTEMBRE 2000)

Il Santo Padre ha nominato in data 13 maggio 2000 (cfr. Bollettino N.300) l'Em.mo Card. Rosalio José Castillo Lara, Presidente emerito della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano, suo Inviato Speciale al Congresso Eucaristico Nazionale dell'Argentina, in programma a Córdoba nei giorni 8-10 settembre prossimo.

Il Cardinale Castillo Lara sarà accompagnato da una Missione composta da:

Rev. Sac. Angel Giaccaglia, del clero diocesano di Córdoba;

Rev. Sac. Alberto Mir, del clero diocesano di Córdoba;

Rev. Sac. Raúl Biord Castillo, S.D.B., Rettore dell'Istituto Universitario Salesiano *Padre Isaías Ojeda*, in Venezuela.

Pubblichiamo di seguito la Lettera che il Santo Padre ha inviato al suo Inviato Speciale:

### • LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratri Nostro

**ROSALIO J. S.R.E. Card. CASTILLO LARA**

Praesidi emerito Pontificiae Commissionis

pro Civitate Vaticana

Ecclesiae traditio ubique terrarum congruentem tribuere consuevit honorem Christo Iesu, sub panis vinique speciebus recondito, unde hoc sacro convivio non tantum christifidelium vita nutriatur, verum etiam cuiusque christianae familiae vinculum roboretur et significetur.

Saluberrimo quidem de consilio novimus Sacros Argentinae Praesules, simul cum universo suo populo, ad maius momentum Magno universae Ecclesiae Iubilaeo tribuendum, Congressum Eucharisticum Nationalem apparatuos esse, hac inspiratos sententia: "*Obviam Christo: heri, hodie, semper... Cognoscimus Eum in fractione Panis!*". Cupimus et Nos ut hae pietatis testificationes confirmentur omniumque fides concitetur, quo latius pleniusque hodierni homines spirituali fruantur salute et ipsi hoc divino de Sacramento uberrimos capiant fructus.

Itaque quo celebratio haec clarius peragatur et magnificentius, eminentem virum mittere statuimus, qui personam Nostram tueatur Nostramque simul mentem ostendat. Ad te autem, Venerabilis Frater Noster, cogitationem Nostram admovimus, qui aptissimus dignusque visus es ad ministerium hoc sustinendum et efficaciter explendum, cum sollerter actuositatem tuam Ipsi et officia prope Nos laudabiliter explicata probe noverimus. Ideo te ***Missum Extraordinarium*** constituimus ad hunc Congressum Eucharisticum, qui in Argentina, nominatim Cordubae, hoc anno habebitur inter dies VIII et X mensis Septembris.

Ut autem ex hoc Congressu copiosissimi unitatis et pacis fructus percipientur, Deum plurima prece obtestamur; et dum haec cogitata Nostra tecum amanter communicamus, volumus ut haec verba Nostra transmittenda studeas et cohortationem ad Eucharistiae vehementiorem cultum itemque omnibus participibus benevolentiam Nostram signifiques.

Benedictionem tandem Apostolicam, superni iuvaminis nuntiam et felicioris aevi pignus, cunctis impertimus Congressui adstantibus, sacris Praesulibus, presbyteris et religiosis, laicis ipsis fidelibus, quos omnes benignissime quoque in Domino consulamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die V mensis Augusti, anno MM, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

IOANNES PAULUS II

[01747-07.01] [Testo originale: Latino]

---